



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Locorum Communium Religionis Christianæ Partitiones

Arnoldus <Vesaliensis>

Coloniae, 1565

VD16 H 312

Caput 18. Vere ne sacerdos peccata remittit?

urn:nbn:de:hbz:466:1-30256

est magna pars deletionis pœnæ de-
bitæ pro peccatis. Vnde & leprosis di-
ctum est, ostenderent se sacerdoti-
bus. Quærat autem confitens sacer-
dotem scientem soluere & ligare.

Quod autem Petrus legitur fleuif
se, non tamen peccatum confessus,
prædictis non obstat. Non enim om-
nia facta, scriptis mādāta sunt, quan-
quam fortasse nondum lege confes-
sionis tenebatur.

Igitur necessaria est oris cōfessio,
pars pœnitentiæ: tum propter pecca-
toris erubescētiā, tum ob sacerdo-
tis iudicium, tum ad futurorum cau-
telam & humilitatem.

Caput 18.

Vere ne sacerdos peccata remittit?

Claues, quibus regnum cælorū
indignis clauditur, & dignis
aperitur, nō corporales sunt,
sed spirituales, discernendi videlicet
scientia & potestas iudicandi: qua scī
licet ecclesiasticus iudex dignos ha-
bet recipere, & indignos excludere
à regno Dei, id est, Ecclesia & sacra-
mentorum perceptione. Vnde & hoc
non hæreticis præcisis, sed Ecclesiæ
ministris competit. Clauium igitur
vsus consistit in discernendo ligando &

H 6 dos &

Matt. 9.

Marc. 5.

Iacob. 5.

Matt. 26.

Marc. 14.

Ioan. 22.

Iob. 13.

LOCORVM COMMVNIVM
dos & soluendos, & ligando ligandos,
& soluendo soluendos.

Ephe. 5.
Ioan. 20.
& 11.
Aug. de
uera &
falsa pœn.
cap. 10.
Quamuis autem solus Deus animam intus à peccato purgat & sanctificat, dum ei gratuitam iustitiam infundit, facit tamen hoc per sacerdotum ministerium, & per sacramenta foris adhibita. Quare ministri sacerdotes nō tantum dicendi sunt remittere peccata, quia declarāt remissa esse: sed quia ministerio eorū Christus peccata remittit.

Matt. 3.
Ioan. 11.
& 16.
Matt. 10.
Ligare præterea sacerdos dicitur, dum pœnitentiæ satisfactionem imponit, & soluere dum aliquid de eadem remittit. Item ligare dicitur, dū contumacem excommunicat, & soluere dum sacramentis restituit.

Per quam excommunicationem, gratia & Dei protectio homini subtrahitur: & excommunicatus sibi ipsi relinquitur, & diabolo potestas in ipsum datur, nec particeps est præcationum, quæ pro ecclesiastico corpore in Ecclesijs fiunt. Sunt autem hæc omnia intelligenda, si adsit recta discretio, & clavis non erret.

Caput 19.

Omnes ne & soli sacerdotes potestatem habent remittendi peccata?

Solis

L
SOLI
nit
ne c

ordine s
De cl
tionis qu
omnes e
que non
cet ad di
clavis, q
cernendi
fine actu

entiam h
nendi au
ordinati
Igitur cl
di sacer
tur, accip
habent, &

Tame
cerdotes,
tamen ea
dotum: q
cerdotes
bere dicu
tuntur. N
dam face
dum bon
nam sequ

Quod
lach. Ma